Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

NÜRNBERG

Bibliographische Daten

Titel:	Hartmann Schedel: Liber chronicarum – Nürnberg, STN, Cent. II, 98
Signatur:	Cent. II, 98

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

Rasciam ci

Vienna Pannonie nunc Austrie urbs
preclarissima ad danubium sita / qui
fluuius bauariam / Austriam / hungariam se-
cans per Rasciam atque bulgaria cum sexagin-
ta nauigalibus in Euxinum descendit / Mul-
tasque et memorabiles alluit urbes / Inter quas
nulla ditior / nulla populosior / nulla vetustior
est quam Vienna Australium ciuitatum re-
gionisque caput / hec olim flauianum (ut
in vetustis quarum priuilegijs habetur) ap-
pellata / A flauio prefecto qui huic regioni
prefuit · ac urbem inchoauit / Aut ab impe-
ratore flauio ad danubium profecto ut Arcas
ob Romani imperij metas collocaret Et ibi
condita urbs ex Arcis vocabulum sortita sit / Cum
que flauianum Theotonici flabien pronunccient
Non est ab re longo temporis tractu prima
vocabuli sillaba remota (ut plerumque fieri co-
peruimus) Bien remansisse / indeque dicta Vien-
na : Quamuis aliqui a paruo flumine quod
inter suburbia fluit nomine Viena [illegible]
dictum putant / Vienna autem urbs magnifi-
ca ambitu murorum cingitur duorum milium pas-
suum / sed habet suburbia maxima et ambi-
tiosa / fossa et vallo cincta urbs ante fossatum
magnum habet indeque aggerem precaltum
menia deinde spissa et sublimia frequentesque
turres et propugnacula ad bellum prompta /
Edes ciuium ample et ornate / structura so-
lida et firma alte domorum facies mag-
nificeque visuntur / Unum id dedecori est quod
tecta plerumque lignea conteguntur pauca la-
teres / Cetera edificia muro lapideo construuntur
picte domus et interius et exterius splen-
dent / Ingressus cuiusque domum in edes te princi-
pis venisse putabis / Nobilium prelatorumque
domus libere sunt · Sanctis celum tenentibus
ipsique maximo deo templa dicata et ampla
et splendida secto lapide constructa perluci-
da, et columnarum ordinibus admiranda / San-
ctorum plurime et preciose reliquie / argento
Auro et gemmis vestite / Templorum ingens
ornatus / Ciuitas in episcopatu pataniensi
est : maior filia matre / Quatuor ordines
mendicantes Scoti et Canonici regulares
sancti Augustini admodum diuites habitu /
Monialesque sacre et sancte virgines / Ibi quoque
monasterium est ad sanctum hieronymum nuncu-
patum In quo meretrices conuerse reperi-
untur Que die ac nocte hymnos lingua theo-
tonica decantant Quarum si qua redire ad
peccatum comprehensa fuerit · in danubium
precipitatur Sed agunt ibi pudicam sanctamque
vitam Rarusque de hijs sermo malus auditur

Wien.